



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlae Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

Regulæ Examinatoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



# REGVLAE EXAMINATORIS.



*Quæ in Examinatore requirantur, & quid  
præstare debeat.*

## C A P. I.

1  Vi examinat eos, qui Socie- P. i. c. i. §. 4.  
tatem ingredi petunt, ha- Qualis erit.  
beat oportet cognitionem  
rerum eiusdem Societatis,  
ac zelum boni progressus  
ipsius, ut nulla ratione di-  
moueri ab eo possit, quod magis in Domino  
conuenire iudicauerit.

2 Moderatus admodum sit in admitten- P. i. c. i. lit. C  
di desiderio: nam ut par est solite coopera- Quales ad-  
ri vocationi Diuinæ, ut augeatur in Societa- mittendi.  
te numerus operariorum vineæ Christi; ita  
dili-

diligenter curandum est , ne quis admittatur,  
nisi qui illis Dei donis prædictus sit, quæ ad ipsius gloriæ hoc institutum exigit .

P. 1. c. 1. §. 2.      3 Quando aliquis Societatem ingredi  
Eorum dotes petit , primus ipse agat cum eo, vt intelligat,  
agnoscatur .      Ibid. c. 4. §. 2.      quæ sint eius dotes , & vocatio : si qui autem  
clare deprehenderetur ineptus ad institutum  
Societatis , Superiori significet , & accepta ab  
eo facultate , illum consilio , & si quid aliud  
Eod. c. 4. lit. D      caritas sugerit , adiutum , statim dimittat:  
alios vero ad eos mittat , qui à Superiore de-  
signati fuerint , vt cum illis colloquantur .

Superiorem      4 Postquam omnes designati eum , qui  
informet .      admitti desiderat , allocuti fuerint , curet Exa-  
minator , vt à Superiore vocentur , & refe-  
rant , quid de eo sentiant : Superior autem  
quid factò opus sit constituet .

P. 1. c. 4. lit. D      5 Si ille , qui ingredi cupit , nulli fuerit  
Quid cù non Domi satis notus , intellecto eius nomine , &  
admodum no eorum , quibus cognitus est , extra Domum  
tis .      inquire poterit , cuiusmodi homo ille sit ; iu-  
uabit etiam ad hoc ipsum , si ad sacramenta

Ibid. §. 3. lit. C.      in Ecclesia nostra frequenter accedat . Quod  
si adhuc de eo dubitaretur , non parum con-  
feret , si in spiritualibus exercitiis constitua-  
tur : quibus peractis , si res nondum consta-  
ret , intelligat à Superiore vtrum differendum  
responsum , aut omnino dimittendus sit .

Breue

Breue examen quo uti debet cum ijs, qui ingressi petunt.

**C A P. I I.**

6 **I**N primis qui admitti vult, interroge. In Exam. c. 2. & p. 1. c. 3.  
tur decenter de quinque impedimentis essentialibus, prudenter tamen, ut ea impedimenta esse, quæ à Societate excludunt, ille non intelligat, ne verum occultandi occasio-

nem accipiat. In Exam. c. 2. §. 7. Quid cū impedimentum innoverit.  
7 Si aliquod ex iis impedimentis, in quo- quam detegeretur, non est quod ulterius pro- cedatur, sed quoad fieri poterit, cum conso- latione dimittatur: si tamen in eo dona ali- qua Dei illustriora cernerentur, prius opor- teret rem omnem cum Superiore conferre.

8 Si nullum tale impedimentum esset, ul- terius interrogetur, an omnino decreuit se- culum relinquere, quibus de causis, aut quo- modo desideria hæc ei in mentem venerint, nem. & quam dudum ea habuerit, an in hac animi sententia remissior aliquando factus fuerit, & quatenus.

9 A quo tempore deliberauerit Societa- tem ingredi, & quid ipsum impulerit, ut hoc potius quam aliud institutum amplectetur. An à quoquām, præsertim è nostris primum ad id motus fuerit. Num deliberatum ha-

H beat

beat animi propositum viuendi , & moriendi  
in Domino in hac Societate. Et an fuerit in  
eam alias admissus , & quare sit egressus.

**Io Exam.c.3.** 10 Num habeat æs alienum , aut alias  
§.6. obligationes . Num morbum aliquem occul-  
Ibid. §.8. tum , vel manifestum , & an hæreditarium , vel  
Quæ obliga- defectum in aliqua sui parte patiatur .  
tio .

**In Exa. c. 3.** 11 Interrogetur de ætate , Patria , Paren-  
§.1. tibus , & eorum conditione , an rerum tempo-  
Ibid. §.2. ralium penuria premantur , & an ea causa vel  
De penuria quacunque alia necessario ipsius opera indi-  
parætum , &c. geant , aut probabiliter indigere possint .

**In Exa. c. 3.** 12 An sit ex legitimo matrimonio , num  
§.2. à progenitoribus iam olim Christianis , an à  
De parenœum modernis , vel hæreticis descendat . An ali-  
origine . quis ex eius progenitoribus notatus fuerit ,  
vel declaratus ob aliquem errorem contra  
nostram Christianam , & Catholicam Reli-  
gionem .

**In Exam.c.5.** 13 Si literis prædictus est , interrogetur ,  
§.1. vbi eis operam dederit , quantum profecerit ;  
Circa doctri- ingenii autem & iudicij specimen ex sermo-  
nâ & pruden- tiam . ne , & aliis coniicere licebit .

**P. I. c.2. §.2.** 14 Si Coadiutor est futurus , petatur de  
& 3. ætate , ac viribus ; an omnino sorte Marthæ  
Quid à Co- contentus futurus sit , & num aliquam artem  
adiutoribus nouerit ; & obseruetur , an ad virtutem , & de-  
petet . uotionem propensus sit .

**P. I. c.4. §.3.** 15 Tandem curandum est , ut qui admit-  
Ut institutum ti desiderant , summam nostri instituti , pro-  
intelligant . batio-

bationesque; ac difficultates, quæ in eo sunt, bene intelligent. De iis vero, quæ hic interrogantur, aut de instituto explicanda dicuntur, plura, aut pauciora iuxta personarum qualitatem, & cognitionem, inquire, & explicari poterunt.

**16** Reliqua, quæ ad officium Examinatoris pertinent, si quando cum iis, qui in prima probatione sunt, vel aliis nostris illi obeunda erunt, petat ex officio Magistri Novitiorum.

**17** Ceteri vero à Superiore designati, ut Eadem petent, cum illis colloquuntur, qui admitti petunt, iisdem fere interrogationibus tentur, exceptis iis, quæ interrogato ruborem iniicere possunt.

